

55

I. N. S. S. T.

DISSERTATIO GRADUALIS,
STUDIUM
OECONOMIÆ ET HI-
STORIÆ NATURALIS
INFORMATORI
NECESSARIUM, EXHIBENS,

QUAM,
Consentiente Ampliff. Facult. Philos. in Regia ad Au-
ram Academia,

PRÆSIDE
D. N. PETRO KALM,

Oeconom. PROF. Reg. & Ord. Reg. Acad. Scient. Svec.
ac Societ. Litt. Upsal. MEMBRO. Facult. H. T. DEC.

Publicæ bonorum censurae subicit,

STIPENDIARIUS REGIUS

DAVID HENRICI DEUTSCH,
TAVASTENSIS.

In AUD. MAJ. Die XX. Julii Anni MDCCLVII.
H. A. M. C.

ABOÆ, impressit Direct. & Typogr. Reg. Mag. Duc. Finland.
JACOB MERCKELL,

Lynn Cand Bergman

Admodum Reverendo atque Praeclarissimo Domino,

**D_{N.} JOHANNI
DEUTSCH,**

Ecclesiae Hitolensis PASTORI vigilantissimo & adjacentis
Districtus PRÆPOSITO adcuratissimo nec non Confi-
storii Wiburgensis ADSESSORI æquissimo,
PATRUO propensissimo.

Amplissimo atque Consultissimo Domino,

**D_{N.} EMANUELI
DEUTSCH,**

Ad Reg. Revisionem Justitiæ REGISTRATORI adcuratissimo
PATRUO quavis Pietate venerando.

Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo Domino

M_{AG.} GUST. WELIN,

PASTORI in Kikala pervigili, AFFINI Charissimo.

Propinquitas Sangvinis, maxima benignitas atque
troni & Fautores optimi, ardentissimas reverentiae
intra pectoris limites amplius non contineri, sed erum-
Vobis jam qua par est reverentia & observantia de-
nem depingunt, sed penuria sublimioris magis orna-
Deo T. O. M. Vobis quavis fausta & felicia

NOMINUM

humillimus & ob-
DAVID H.

Admodum Reverendo atque Præclarissimo Domino

**M^{AG.} J A C O B O
MALMSTEN,**

S. Th. ADJUNCTO nec non Ecclesiæ in Kimito, Hijtis
& Dragsfiord PASTORI meritissimo; ut antea studio-
rum meorum Moderatori optimo, ita jam FAUTORI
multis nominibus colendo.

VIRO Præclarissimo, Domino

**M^{AG.} A B R A H A M O
FROSTERO,**

NOTARIO Consistorii Ecclesiastici Aboensis peritissimo,
FAUTORI certissimo.

Plurimum Reverendo atque Clarissimo Domino

P E T R O U R S I N O,

Räifäläensium Careliæ PASTORI pervigili, AFFINI optimo.

*innumera mihi præstita favoris documenta, Vobis, Pa-
& gratitudinis in mente mea accendunt flammæ, quæ
pere coguntur. Hæ lineolæ, opus bocce Academicum
dicantes, debili quidem colore gratissimi animi imagi-
tas proferre, rudis minerva prohibet. Interim a
adprecor, ad Urnam usque permansurus*

VESTRORUM

servantissimus cultor
DEUTSCH.

Dem Ehrwürdigen und Wohlgelarthen Herrn,
Herr ERIC SEVONIUS,
Wohlmeritirten Sacellano in Kisko,
Meinem Hochgeehrten Ruhmes Manne.

Dem Edlen und Mannhaftigen Feldwäbeln,
Herr CARL BERGENFELT,
Meinem Gütigsten Ruhmes Manne.

Dem Ehrenvesten und Kunsterfahrenen Töpfer,
Herr CARL DEUTSCH,
Meinem liebsten Better.

N Jemand kan leugnen, daß eine auf der Natural Hi-
storie gegründete Haushaltungs-Kunst, die beste ist;
Wie und wenn aber diese und jene ihren Anfang an
ersten Kriegen soll, nemlich von der Jugend an, durch einem Infor-
mator, das habe ich mich gewaget, in gegenwärtiger Academischer
Probe zu erweisen. Diefelbe könnte ich Ihnen, Meine liebste Bet-
tern, zu dediciren nicht unterlassen, in der zuversicht, das Sie es
mit gewöhnlicher Gunst anschauen wollen. Verharre

Meine Liebste Bettern/

Ihr

Demüthiger Diener
D. H. DEUTSCH.



§. I.



Economia eique conjunctissima Historia Naturalis, quanta pollent dignitate & splendore inter ceteras scientias seculares, nemo non videt, nisi qui apercis oculis cæcus esse velit. Si enim consideraverimus fines creationis gloriam nempe DEi & felicitatem generis humani, patebit illam in perfectionibus Ejus contemplari atque manifestari, quarum vestigia tota suppeditat natura, quæque ab Historico naturali optime conspiciuntur. Hac autem, habita ratione animæ, etiam corpus respicit, atque hoc Oeconomicus radio Historiæ Naturalis collustratus pro objecto habet. Si necessitatem, utilitatem & jucunditatem respiciamus, in his non minus ac in reliquis scientiis eas reperimus: Unde enim, quæso, cibus, potus, vestimenta, domus, quibus carere non possumus? Nonne Oeconomia, prælucente Historia

A

Na.

Naturali, hæc suppeditat? Unde varia illa utilia, quæ ad vitam commode transigendam faciunt, & oblectamenta gaudium infundentia? Nonne ex Oeconomia & Historia Naturali? benedicente Numine. Pf. LXV: 10. &c. Egregie de hoc J. WORLIDGE in præfat. præmissa suo *Mystery of Husbandry: The Pleasures and Oblectations are superabundant and infinite, which we daily enjoy and receive from the verdant Fields and Meadows, from the Sweetness and Beauty of the Flowers, the springing Woods, the delicate Fruits, and the variety of domestick and pleasant Animals, educated even to the very Hand, and from the various and harmonious Notes of the Nymphs of the Woods.* Sic etiam CICERO de Senectute Cap. XV. "*Me quidem non fructus modo, sed etiam ipsius terra vis ac natura delectat.*" *Nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil invenit agricultura solertius.* Si quoad antiquitatem & dignitatem scientia quædam laudanda, quidni Oeconomia & Historia Naturalis, quæ ab incunabilis mundi originem repetunt & continuata nec interrupta serie, per varia fata, ad nos pervenerunt. Historia Naturalis Adamo fuit insita ut patet Gen. II. 19. Deus ipse primum plantaverat hortum, eumque Adamo colendum & custodiendum tradidit ib. v. 8. Cain agris & architectura & Abel ovium custodia delectatus. Tubalcaim artes manuaris metallurgiam supponentes exercebat. Post diluvium autem crescente hominum multitudine crevisse quoque Oeconomiam & Historiam Naturalem, non est quod dubitemus. Testantur id variæ Oeconomix partes, quarum in sacris paginis fit mentio, præter Auctores profanos. Quanta in dignitate res rustica apud antiquos erat, videri potest apud scriptores tam antiquioris quam recentioris ævi. Inprimis merentur legi, quæ Auctores illi classici Anglorum J. Worlidge lib. cit. & Joh. EVELYN in Præfatione quam præmittit

Sij-



Silvæ suæ, tradunt. Hic enim enumeratis variis Regibus, Principibus, Philosophis & Senatoribus, aliisque, dicit: *“they disdained not to cultivate these Rusticities even with their own Hand, and to esteem it no small Accession to dignify their Titles and adorn their Purple with these rural Characters of their affections to planting, &c.* Immo, quod maxime nos convin- cat dignitatis Oeconomix etiam apud Gentiles, est *fictio Deorum Dearumque*, cui adhærebant pagani. Sic Jupiter & Terra quidquid benedictionis esset, procurarent. Ceres, Flora & Venus hortis & agris, Diana venationibus, Mer- curius, Neptunus & Æolus Mercaturæ, Vulcanus fabris, & alii aliis præfuerunt partibus. De quo conferantur VARRO de re rustica Lib. I. cap. I. & J. Worlidge Lib. cit. Sed de hoc satis. Utilitatem enim atque necessitatem Oecon. & Hist. Nat. utpote unicuique notissimam, demonstrare, idem esset ac soli lumen inferre velle. Ulterius tamen inquiren- tes de utilitate Oeconomix Historix Naturali superstructæ demittimus ad auctores, qui de hac scripserunt; quos re- censere prolixum & a re alienum foret. Videantur interea, quæ famigeratiss. & de patria immortaliter meritis Eques Auratus & Archiater Doct. C. LINNÆUS in Actis Acad. Scient. pro Anno 1740. Mens. Oct. Nov. Dec. tradidit.

§. II.

EViæis sic necessitate, utilitate & jucunditate Oecon- omix & Historix Naturalis, prælucentibus tot exem- plis antiquitatem & dignitatem ejus demonstrantibus, operæ pretium imo officium erit unicuique, iisdem operam navare. Sed in hoc utique Scientiarum genere maximam vim obtinet regula: *A teneris adsuescere mutum, imo neces- sarium est.* Ita enim est cum homine ac cum vegetabili; prout in tenerrima ætate flebitur, ita crescere incipit. Si

curva sit directio ejus, plures emittit ramos quam par est, flores sese multiplicent nihil efficaces, nec nisi damaum accedit & plantæ & fructificationi, quod deinceps ægre invalescente robore, corrigi queat. Sic homo varios in tenera ætate, prout phænomena sese sensibus obvia sistant, sibi format conceptus. Cum autem facultas judicandi sit exigua, ita ut quæ rei revera insunt, quæque illuc non pertinent, discernere nequeat: non mirandum, si sibi relictus falsa pro veris apprehendat, judiciisque per præcipitantiam latis misere fallatur, pelliciaturque aut cortice retento nucleum perdere, aut hunc cum illa abjicere. Quæ præjudicia, postquam adyta animæ penetrarunt, apud Melancholicos & Cholericos præsertim, ægre divelli possunt. Si itaque finis informationis obtineatur, eodem tempore animis instillari veritates necesse est ac error radices emittit: jam vero error in præjudiciis pueritiæ, ut anguis in herba later; a teneris itaque suffocari debet. Annotari merentur verba Camer. Sam. SCHULTZE in orat. pro Reg. Scient. Acad. habita: Om ungdomens upöfwande i Landbruket pag. 6. 7. Så länge en människa icke wet at hon gör orätt, så länge kan ej hennes tancka falla på ändring och förbättring. "Hon uträtta föga hos dem, hwilka med modersmjölkken hafwa insupit willfarelse:" Kundskapen måste alt derföre implantas på samma sätt, som okunnogheten och willfarelsen insmygt sig, nempe a teneris. Ita quoque Prof. And. MAYER in Orat. sua ibm. Om Konst och Handwercks Scholors inträttande, p. 4, 5. "Jag må ej nämna om de skadeliga förut fattade meningar, som i synnerhet wisa sig i Konstens och Handtwarckares ringa skattande och föracktande, och hwilka i de wansliga anstalterne wid Scholarne taga sin första uprinnelse och sedan öfwerflödigt näras. Finna wi icke i alla stånd de bedröfweligaste fructer af detta upfostrings sätt? hör wi icke dageligen kallas de oredigaste och sällsamaste omdömen, När de

det talas om Manufacturer, om handel, om konster och Handt-
 werck, om landthushållningens förbättring och goda ordnins-
 gars införande? Och huru litet intröck kunna jemväl de för-
 nuftigaste föreställningar och råd givra hos sådana med föruts-
 fattade meningar ypfolte hufvuden. Et hæc de præjudiciis
 suffocandis. Accedit quoque alia ratio, quæ a teneris Oe-
 conomiam ordiri svadet. Quo sæpius rem mihi præsentem
 sisto, eo clarior ejus mihi evadit idea. Per crebram repeti-
 tionem actionis consuetudo nascitur. Qui itaque a teneris
 in iis versatur, quæ ad Oeconomica pertinent, & tempus &
 operam lucratur: tempus quidem: illud in aliis recreandi
 generibus profundendum ad utiliora adhibens, neque tamen
 tempora aliis studiis vacantia perdit. Operam autem: cum
 facile sit conclusiones facere præmissis claris datis, quæ cre-
 bra repetitione in succum & sanguinem quasi coaluerunt.
 Accedit quod puerilis ætas memoria & imaginatione vivi-
 dissima, prima Oeconomix & Historix Nat. principia sum-
 ma cum voluptate capiat; variorumque generum collectio-
 nes, animalium, herbarum & mineralium pro pretiosissimis
 suis thesauris reputet & recondat (vi cupiditatis domi-
 nii, quam apud ætatem hanc observare licet) recreationem-
 que sibi optimam atque jucundissimam existimet, sylvas a-
 gros & prata percurrere & occulta naturæ admirari, dum-
 modo incitamentum pro qualitate temperamenti adplicatum
 adsit. cf. C. A. Heumanni Politische Philosophus Cap. III. §.
 15, &c. *Hæc autem omnia non vi extorquenda a pueris, sal-
 tem cavendum, ne coercionem esse intelligant; sed convincendi
 sunt pro captu suo, honestatis, utilitatis & jucunditatis eorum.*
 Libertatem enim Creator T. O. M. homini concessit, quam
 in puerili ætate suffocare, a fine Creatoris alienum foret.
 Assuescendi itaque discentes erint libere sese determinan-
 di ad bonum sibi obvium: ne coacti, creata contemplari
 eaque ad usum applicare pro molestia & malo reputent,
 A 3 atque

atque sic & doctrinam & docentem fastidire incipiant. Alia media non minoris efficaciam, utpote rationes, premia, remotio occasionis aliud agendi, aliaque ejusmodi adhiberi possunt. Notatu de his dignissima sunt verba Cellisii. atque Illustr. Herois & Senat. Regni, Lib. Bar. C. G. LÖWENHIELM in orat. pro Reg. Acad. Scient. habita 1751. Om Landskötsel, p. 49. Jag är och blir alltid af den tancken, at vår tids ungdom borde få smak i denna nöjsamsaste och tillika nyttigaste wetenskapen, och det redan wid Scholor och Gymnasier uti de yngre åren, samt at den borde implantas i ungdomen utan tvång och lifsom med lef, at disciplarne där skulle föras ut på åkrar, ångar och skogar at låra känna våra Swenska örter, våra inlånsta diur, foglar, fiskar och insecter til deras natur och hushållning hwart i sitt släcte; i stället för det at ungdomen ofta misbrukat sådan tid at låra odugder och springa i ras. De iis autem qui a teneris non assuefacti sunt Oeconomiam, non potest non valere proverbium Anglorum: *Men seldom plant Trees; till they begin to be wise, that is till they grow Old, and find by Experience the Prudence and Necessity of it.* cf. quæ Evelin lib. c. exempla adducit; & a Petro Bellonio de neglecta stirpium cultura hanc recitat admonitionem: *Agite o adolescentes, ut antequam canicies vobis obrepant, stirpes jam alueritis, quæ vobis cum insigni utilitate delectationem etiam afferent. Nam quemadmodum canicies temporis successu vobis insciis sensim obrepit: Sic natura vobis inserviens educabit quod telluri vestra concredetis, modo prima initia illi dederitis.* Idem de Palystis le moyen de devenir riche, quædam notatu digna recitat, quæ proferre non vacat, cf. etiam J. L. Kammeckeri in suo Trésor gârdsmann, præfatio.

§. III.

Quandoquidem nemo experientia teste nascitur sapiens, per se patet, si quis sapientiam acquirendo & conservando fines creationis velit implere, accedat necesse est bona educatio. Neque ullus seipsum educare potest, ideas enim & habitum agendi, quæ non possidet, sibi dare nequit. Quod comprobant variorum exempla, qui deficiente aut bona aut omni informatione & educatione, aut in quævis impia inciderunt, aut ferarum naturam induerunt, currentes in sylvis a brutis abrepti. Ut puer Hibernicus inter oves vivens, eorum naturam induit. Puer quidam in Saxonia captus, qui viribus, ferocitate & natura ursum equiparabat, aliique ejusmodi, de quibus funesta accepimus relata. *Ad educationem itaque accedat aliorum sapientum opera, quæ mentem tenebras expellendo Theoria, corpusque actiones moderando Praxi constituat; adeoque informatio.* A teneris error irrumpit, a teneris quoque veritates inplantentur §. II. Veritatum instillatio supponit earundem cognitionem: *Informator itaque veritates discipulis communicandas perspektas sibi habeat.* Oeconomia est scientia necessaria, utilissima & jucundissima & supponit Historiam naturalem §. I. Oeconomiam & Hist. Nat. a teneris proponere multum, imo, necessarium est §. II. Informator discipulos tenetur necessariis veritatibus, adeoque Oeconomicis instruere: patet itaque *Informatorem scientia Oeconomica & Hist. Nat. debere esse instructum.* Observari merentur verba L. J. M. COLUMELLÆ, in præfat. ad P. Silv. *“Res rustica, quæ sine dubitatione proxima & quasi consanguinea sapientia est, tam discensibus quam Magistris, cet. Quid sit res rustica exponit Cicero l. c. “Nec vero segetibus solum & pratis & vineis & arbutis res rustica lata sunt, sed hortis etiam atque pomariis, tum pecudum pastu, apum exami-*

examinibus, florum omnium varietate, cet. Ita etiam J. Evelyn scribit: *In ancient and best Times* "such (Men were honoured and esteemed) whose Studies consisted of the Discourses documents and observations of their Fore-fathers ancient and venerable Persons; who were obliged to instruct their Children of wonderful Things God had done for their Ancestors; Nonne autem magnalia Dei adhuc nobis in qualibet Historiæ Naturalis & Oeconomix parte sese conspicua præbent? Non tamen Informatori sola Theoria Oeconomica sufficit, accedat etiam quodammodo praxis. Fidelis enim Informator sciens exempla magis commovere & docere quam præcepta, ipse lucis instar exemplo suo teneris præit, sic Siracides Cap. XXXIII: 18, & non solum hoc, sed etiam alios ita facientes industriososque in hisce discipulos commonstrat, ut æmulationem excitet. Maximum & non satis ad cineres venerandum exemplum legere licet in Orat. I. c. habita a Sam. Schultze, Om ungdomens upöfvande i Landtbruk p. 21. Denna Kongl. Academiens höga beskyddare, vår Nådige Arf-Prints (nu mera vår Allernådige Konung) har redan på Ekholmsfunds Konungsgård, vist det ömhet för Rikets upkomst äfven igenom landets bättre häfd. Upsikten öfver denna Kongsgård, har Hans Kongl. Höghet lämnat til en af Academiens värda Ledamöter, hvars diupa insikt i hvarjehanda vetenskaper är nogsam bekant. "Ja, Herren håller det icke för nedrigt, at sielf se efter, huru hans nådiga wälbehag i detta mål wärkställes. Hvad upmuntrar detta är för allmogen deromkring, kan ej tilfyllest beskriwas m. m. Neque dubitamus, quin si modo Informator exemplo etiam in his velit esse discipulo, hic majori & efficaciori destitutus exemplo, vestigia ejus premat. Secus facientes & informationi minus profunt & reipublicæ. Sæpe etiam hi studii Oeconomici & Hist. Nat. rudes, discipulos curiosos, naturæ quoddam thesaurum quod
admi.

admirantur proferentes, pro laude debita conviciis & frigido adspectu a naturæ & Oeconomix scrutinio terrent: aut si vitiis sint dediti, malis eos corrumpunt exemplis, præjudicia alunt, omnemque benedictionem divinam, quantum in illis est fugant.

§. IV.

Demonstratis rei affectionibus, prono quasi alveo fluit obligatio, quæ cuique lege naturæ injungitur ad eam amplectendam vel minus. Itaque per demonstrata Informator obligatur ad operam œconomix & Hist. Nat. dandam. Obligatio quamvis semper sit efficax, tamen non impedit, quin ad plures attendendo circumstantias, obligationem efficiamus intensiorem. *Consideranda nunc est occasio, quam Informator optimam habet Oeconomix & Hist. Nat. invigilandi.* Fatemur Informatores urbi addictos, eam non semper, præsertim in re rustica ac variis partibus Historix Nat. habuisse occasionem ac illi qui *ruri* vivunt. In Academicis enim versantes, aliis scientiis incumbere ita fuerunt solliciti, ut supralaudatas ad potiore partem si non in totum, obliti sunt. cf. Prof. A. Mayer. L. c. p. 3, 4. Constitutis autem a S. Reg. Majestate Professoribus harum scientiarum, optatissimam utique habere occasionem ipsissima harum artium principia hauriendi, affirmamus. Atque sic *in Urbe* Mercaturæ, Artibus Manuariis, Architecturæ Civili, præsertim Horticulturæ, *Ruri* autem, Agriculturæ, præticulturæ, silvarum culturæ, Venationibus, piscaturis, metallurgiæ, aliisque contiguas observationes facere possunt. Neque minus Civium numerum, sanitatem, mores, victum & amicum, commoditatem in iis, quæ ad necessitatem vitæ pertinent (Måringsfång,) conditiones pauperum, ut & coërcitionem negligentium, aliaque patriæ scitu necessaria, observare possunt. Adde quoque Informatorem, cum ad recre-

B

atio-

ationem discipulis comitantibus spatatur, pro vanis confabulationibus, herbarum, mineralium, animalculorumque collectione & examinatione, & ingenia discipulorum alacria, & suum naturalium fasciculum pleniorē efficere posse. Egregie iterum J. Worlidge L. c. "*Besides de Serenity of the Air, which much quickens the Genius, it is most certain, that the Spirits are also thereby recreated and the Intellectual Parts also wonderfully acuated.*"

§. V.

Obligatio Informatoris ad Oeconomiam & Hist. Nat. culturam, ulterius intenditur pietate in Patriam, qua debet gaudere. Multitudo civium rudis ingenii, neque ab exteris magni aestimatur, neque Reipublicæ multum prodest, sed potius ceu onus ingratum, ejus bonis sine retributo fructu utitur; cum e contrario *bene educata & Informata* in Oeconomicis, etiam ab arrogantibus Sinensibus, pro binis oculis gaudente reputanda est, Civitatisque robur firmissimum addit. cf. acta Acad. Scient. pro A:o 1740. p. 333. En Informatoris solertia, quanta efficere potest! *Amor Patriæ* & æmulatione exterorū eam æquiparandi, si in quibusdam deterior illis videatur, a teneris jam excitatur. A tenera enim ætate tunc discens seipsum & quæque vicina cognoscere incipit, totque objecta contemplatu & admiratione digna inter ipsos patriæ fines reperit, ut saltem admiratio exterorū, quæ primus est gradus amoris eorū, si non in totum, saltem ad partem impediatur. Qui autem lynx est foris & calpa domi, certo respectu non incusandus, si ea, quæ videt, amat. Infixo autem amore patriæ, antequam extera animum occupant; amoris quoque est amici salutem promovere. cf. S. Schultze L. c. p. 9. Præterea aliarum quoque scientiarum Oeconomiam in Republica cultæ pœnitebit neminem: *sine ea enim persistere non possunt.* Adducam demonstrationis loco verba

verba Prof. Mayer L. c. p. 13. Jag vågar påstå, at genom detta undervisningsfätt, jänväl de, som i synnerhet ämnat sig til studierne, förjt rätteligen beredes til fäderneslandets sanskyldiga nytta och tienst, ty huru skola de i offentliga ämbeten, i Commerce - Manufactur - Bergs- och andra Collegier, så wäl som i Rådhusen, domstolarne och andra beställningar, tillfyllest gindra sin skyldighet, hwarest större delen af deras gidsromål röder handelen, konster och handtwärken, etiam alias Oeconomix partes. *Neque minus elucescit Utilitas Oeconomix & Hist. Nat. Civitatibus, ex tenerrima illa cura, quam Ipsa harum promovendarum gesserunt.* Mittamus exteros & de patria nostra solummodo observemus, quod pulsus in hisce tenebris crassis, laudatissima a S. R. Majestate & Ordinibus Regni Instituta edita sunt, colendæ Oeconomix ergo. Nam præter Illustrem Scientiarum Academiam, quæ ut Mater omnes Oeconomix deditos filios reputat & fovet, aliæ quoque huic Musæ inserviendæ sacratæ sunt societates. cf. S. Schultze L. c. p. 18. Apparet itaque quanta incrementa Respublica capit manuactione tenerorum ab ejusmodi informatoribus, qui & doctrina & exemplis Oeconomiam & Hist. Nat. promovent; & neque solum discipuli, sed etiam adjacentes vicini, qui illis, quos intelligentiores se putant, facile credunt & obediunt, occasionem habent addiscendæ Oeconomix, atque sic felicitatem publicam cum sua promovere possunt.

§. VI.

AD ultimum neque prætereundam existimaverim obligationem, ejus ad operam Oeconomix dandam, capax est Informator, desuntam a proprio ipsius commodo. Orta jam aurora Oeconomix & Hist. Nat. non est quod dubitemus multos magni nominis & opulentix Viros harum scientiarum amore captos esse & fieri. Testantur id varii in Oeconomicis editi libri, qui plerumque ejusmodi Patriæ fulera agnoscunt auctores. Hi & alij in Patria nostra cogniti vel minus, qui ipsi vident dignitatem Oeconomix

nomie & Hist. Naturalis, quique etiam filios suos litteris, quæ non solum ornant, sed quæ præcipue utilitatem summam per totam vitam adferunt, imbutos esse cupiunt, non possunt non desiderare, magni æstimare & splendidiore honorare stipendio ejusmodi Informatores, qui liberos eorum in hisce scientiis docere volunt & valent. Ut taceam quod Informator scientiarum Oeconomicarum peritus, Patronis suis & consilio & ope in plurimis ad Oeconomiam pertinentibus succurrere, eorumque favorem multiplici modo emereri queat. Neque Parentes aut liberi hoc modo educati, unquam deinde occasionem habebunt conquerendi, multa doceri & disci, tempusque juventutis ad Academiis nostras in variis scientiis conterere, quæ in vita communi & civili nullius proferunt utilitatis atque usus. Notatu sunt digna quæ Nationis Svecicæ decus Constit. Commere. & Direct. Mech. C. POLHEM in Actis Ac. Sc. pro A:o 1739. p. 137. dicit: Det stulle intet illa sticka sig, om hwar och en Student late lara sig nagot i dessa stycken, hwarmed han kunde icke allenast gagna sig sielf framdeles, utan och andra, den tid han wid Conditioner har at jobba, "(och) des förr så Condition. Non raro quoque accidit ejusmodi informantibus, quod cum discipulis peregrinationes in exoticis facere, eorumque Oeconomiam perscrutari queant, atque sic in patriam reduces ad munia subinde illustra majorisque momenti, possint & debeant admitti, cui tum maximum usum adferunt. Et si neque hoc accideret, operæ Oeconomicæ Informatorem & quævis Studiosum tamen nullibi & nullatenus pœnitebit. Nam sanitati suæ consulit motu, quem adhibet ad Naturæ thesauros inquirendos, vitam ceteroquin sedentariam habens; eamque conservare potest vires vegetabilium cognoscens. Præterquam quod in diarta sua turissimam viam eligere & sequi valeat. cf. de Dieta Studiosorum Dissert. C. F. MENNANDER (jam Episcopi nostri reverendissimi) A:o 1735. habita §. 1. In quemcumque etiam pervenerit statum, optimas illi hoc cornucopiæ dapes suppeditat. Præcipue autem si ad Clericatum sese adplicet, & sibi utilitati & auditoribus exemplo esse potest in pervidendis & adplicandis optimis summæ Providentiæ operibus, quæ homini ad sustentationem & usum sunt commissa. Quotidie quoque sic ansa illi suppeditatur, emphaticis similitudinibus concionem suam ornare: premens in his vestigia Salvatoris nostri in secula benedicti Matth.

VI: 26, 28. Ibid. Xlii 3. &c. a iorumque factorum scriptorum,

Ita omnes ejus actiones vergunt

IN GLORIAM TRIADI.

